

## TITULOS AZ'.

Περὶ ἐναλλαγῆς δικαιοσηρίου<sup>s)</sup>.

α'. Ὁ ἐπίτηδες ἐπὶ βλάβῃ μον ἀνθ' ἑαυτοῦ καταστίσας μοι ἄλλον ἀντίδικον, τυχὸν δυνάστην, ἢ ἐξ ἑτέρας ἐπαρχίας, ἐνέχεται μοι ἵν φάκτομ<sup>u)</sup> εἰς τὸ διαιρέον.

β'. Ἡ τὸν μέλλοντά με σκύλλειν<sup>v)</sup>.

γ'. Καὶ γὰρ<sup>w)</sup> ἐνάγων τῷ ἐξ ἑτέρας ἐπαρχίας ἀναγκάζομαι, ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ αὐτοῦ ἐνάγειν.

Εἰ δὲ καὶ ἀπήτονν δοῦλον καὶ ἐλευθερώσεις αὐτὸν, χείρονα ποιεῖς τὴν αἵρεσίν μον· θάλπονται γὰρ αἱ ἐλευθερίαι.

Εἰ δὲ καὶ ἐνεχόμενός μοι τῷ ὅπερ βίᾳ, ἢ τῇ περὶ πλησμονῆς ὑδάτων ἀγωγῇ, τὸν τόπον ἐκποιήσεις, χείρονα ποιεῖς τὴν αἵρεσίν μον· εἰ γὰρ σὺ ἐνήγουν, κατέλνεις τὸ ἔργον σοῖς δαπανήμασι. νῦν δὲ ἄλλον ἐναγομένον, ἐώς καταλύειν ἀναγκάζομαι· ὁ γὰρ τὸ παρέτερον γεγονός νεμόμενος εἰς τὸ ἀνασχέσθαι καταλυθῆναι τὸ ἔργον ἐνέχεται.

Εἰ δὲ καὶ περὶ καινοτομίας ἐξ ἴμου παραγγελθεὶς ἐκποιήσεις τὸν τόπον, καὶ ὁ ἀγοραστὴς κτίσει, οὔτε κατὰ σὸν κινεῖν ἀπὸ τῆς παραγγελίας δύναμαι· οὔτε γὰρ ἔκτισας· οὔτε κατὰ τὸν ἀγοραστὸν, ἐπειδὴ μὴ παρηγγέλθη.

Ἐχω σὸν κατὰ σοῦ ἀποκατάστασιν εἰς τὸ διαιρέον. ἐὰν ὁ ἐκποιήσας ἐτοίμως ἑποδέχηται τὴν δίκην ὡςανεὶ νεμόμενος, οὐ κάρα τῇ παρούσῃ ἵν φάκτομ<sup>u)</sup>.

δ'. Χώραν δὲ ἔχει καὶ ἡρίκα διὰ χρήσεως κυριεύσει δικαστήρων.

Ανατὸν καὶ χωρὶς δόλον πανόσιοθα τινα νέμεσθαι ἐπὶ ἐναλλαγῆς δικαιοσηρίου. δυνατὸν καὶ τινα δόλῳ πανόσιοθα νομῆσι, καὶ μὴ τοῦτο πρᾶξαι διὰ τὸ μεταθεῖναι τὴν δίκην, καὶ οὐ κάρα τῇ ἵν φάκτομ<sup>u)</sup>. ὁ γὰρ μόνον ἀφιστάμενος νομῆσι, οὐκ ἐποιεῖ. οὔτε καταγινώσκεται ὁ θέλων στερηθῆναι πράγματος, διὰ τὸ μὴ πολλάκις περὶ αὐτοῦ δικάσσωσθαι, ἀλλ' ὁ θέλων ἔχειν τὸ πρᾶγμα καὶ τὴν δίκην εἰς βαρύτερον ἀντίδικον μεταφέρων.

Οὐ μόνον εἰ δεσποτείαν, ἀλλ' εἰ καὶ νομήν τις μεταγάγῃ, κάρα τῇ ἵν φάκτομ<sup>u)</sup>, ᾧς ἐπὶ τῆς ἐπ' αὐτῷ τῷ πρᾶγματι ἀγωγῆς.

Οὐκ ἐνέχεται ὁ διὰ νόσον ἢ γῆρας μεταφέρων ἢ ἀναγκαῖαν ἀσχολίαν. ἐπεὶ καλνθήσεται τις καὶ διὰ τοῦ ᾧς ἐν ἴδιῳ πράγματι ἐντολέως δικάζεσθαι. καὶ πρὸς τὸ δικαιοτά τῶν ἀγρῶν ἀνήκει τὸ δόγμα, ἐὰν κατὰ δόλον ἢ ἐκποιήσις γέγονεν.

Ἡ ἀγωγὴ εἰς τὸ διαιρέον κινεῖται. διθεὶς ἐὰν μὴ ἦν τὸ πρᾶγμα τοῦ ἐνάγοντος, ἢ χωρὶς ἀμελείας ἀπέθανεν, ἀργεῖ· εἰ μὴ περαιτέρω αὐτῷ διαιρέει.

Ἡ παροῦσα ἀγωγὴ οὐκ ἔστι ποιναλλα, ἀλλὰ πράγματος ἀπαίτησον ἔχει. καὶ δίδοται κληρονόμοις. κατὰ δὲ κληρονόμων,

ε'. Ἡ τῶν δμοῖον,

## TITULUS XXXVII.

De iudicij mutatione.

I. Qui data opera in fraudem meam alium suo L. I.  
loco mihi constituit adversarium, forte potentiores, D. IV. 7.  
aut ex alia provincia, in factum actione mihi tene-  
tur, quanti mea interest.

II. Aut alium, qui me vexatur sit. L. 2. D. eod.

III. Etenim si cum eo, qui ex alia provincia est, L. 3. pr.  
experiar, in illius provinca experiri cogor. D. eod.

Sed et si servum petierim tuque eum manumi- §. 1.  
seris, conditionem meam deteriorem facis: favetur  
enim libertatibus,

Sed et si interdicto quod vi vel actione aquae §. 2.  
pluviae arcendae mihi obligatus locum alienaveris,  
deteriorem meam conditionem facis: si enim tecum  
ageretur, tuis impensis opus dirueres: nunc vero cum  
alius conveniatur, compellor id diruere: nam qui ab  
alio factum possidet, tenetur, ut patiatur id opus  
dirui.

Sed et si postquam novum opus tibi nuntiave- §. 3.  
rim, tu locum alienaveris, et empor aedificaverit,  
neque adversus te ex operis novi nuntiatione agere  
possum, quia non aedificaveris, neque adversus emto-  
rem, quia ei nuntiatum non sit.

Restitutionem igitur adversus te habeo in id, §. 4. 5.  
quod interest. Si is, qui alienavit, promte suscipiat  
iudicium, quasi possessor, huic actioni in factum locus  
non est.

IV. Locum autem habet et quum usuciperit, qui L. 4. pr.  
acepit. D. eod.

Fieri potest, ut sine dolo quis possidere desierit §. 1.  
iudicij mutandi causa. Potest quis et dolo malo desi-  
nere possidere, nec tamen iudicij mutandi causa hoc  
fecisse, et actioni in factum locus non est: nam qui  
possessione tantum decedit, non alienat: neque cul-  
patur, qui re carere vult, ne propter eam saepius  
litiget, sed qui rem habere vult et litem ad mole-  
stiorem adversarium transfert.

Non solum si dominium, sed et si possessionem §. 2.  
quis transferat, locus est in factum actioni, sicut in  
actione in rem.

Non tenetur, qui ob morbum aut senectutem §. 3. 4.  
aut necessarias occupationes litem transfert: alioquin  
prohibebitur quis, et per quasi in rem suam procu-  
ratores litigare. Ad iura etiam praediorum edictum  
pertinet, si dolo facta sit alienatio.

Haec actio in id, quod interest, instituitur. Unde §. 5.  
si res non fuit petitoris, aut si sine culpa perierit,  
cessat: nisi si quid praeterea eius interfuit.

Haec actio non est poenalis, sed rei persecutio- §. 6.  
nem continet: et heredibus datur: adversus heredes  
autem,

V. Vel similes,

L. 5. D. eod.

s) Index titulorum Coisl. addit: δι' αἰτίαν γνωμένης. Theod. haec inscriptionem exhibet: περὶ ἐκποιήσεως τοῦ τὸ δικαιοσηρίου ἐναλλαγῆς κάρων γνωμένης: quae titulo Digestorum optime respondet. t) Cap. 1. 2. 3. pr. habet Theod. et Syn. p. 87. Syn. verba initio sic ponit: ὁ ἐπιτ. ἀνθ' ἑαυτ. ἐπὶ βλάβῃ μον. u) Theod. pro ἵν φάκτομ<sup>u)</sup> habet τῇ ἀγωγῇ. v) Fabr. οὐκίσιν. w) Theod. addit articulum δ.

L. 6. D. IV. 7. οὐδὲ μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν οὐ δίδοται.

I. 7. ζ. Ἐστὶ μὲν γὰρ εἰς πράγματος ἀπαίτησιν, ὁρμόζει  
D. eod. δὲ ἐξ ἀμαρτῆματος.

L. 8. pr. η. Ἐνέχεται καὶ ὁ παριστῶν μὲν τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ  
D. eod. μὴ μετὰ τῆς προτέρους αἰτίας.

§. 1 — 5. Χώραν ἔχει τὸ δόγμα ἐπὶ τῶν μελλοντῶν δικῶν,  
οὐ μὴν τῶν ἡδη προκαταρχθεισῶν καὶ οὕτως ἐκποιου-  
μένων. ἐκποιεῖ καὶ ὁ πιπράσκων ἀλλότριον πρᾶγμα. εἴ-  
δε τις ἐκποιεῖ ἐν τῷ κληρονόμῳ ἐνίστασθαι ἢ ληγα-  
τεύειν, οὐ χώρα τῷ δόγματι. οὔτε διαν τις ἀνυλάβῃ,  
δι πέρισσου, ἢ ἀναστρέψῃ, διερ ήγόρασεν.

L. 9. D. eod. θ'. Εἰ μὴ ἐπίτηδες τοῦτο πέπραχεν.

L. 10. pr. ι. Οὔτε ὁ διδούς, διερ ἀμοιλόγησεν ἐτέρῳ, περὶ  
D. eod. οὐ θέλει ἐνάγειν.

§. 1. Ἔαν ἐπίτροπος ἢ κονσάτωρ <sup>x)</sup> τοῦ μαινομένου ἐκ-  
ποιήσωσιν, οὐτιλίᾳ ὁρμόζει.

L. 11. ια'. Οὔτε στρατιώτη καλῶς δωρεῖται τις ἀγωγὸς  
D. eod. διὰ τὸ μεταθεῖναι τὴν δίκην. ἀλλ᾽ αὐτὸς κινεῖται, καὶ  
πρᾶγμα δωρεῖσθω τῷ στρατιώτῃ.

L. 12. ιβ'. γ) Ὁ διὰ τὸ ἐκφυγεῖν τὴν τῶν κοινῶν <sup>z)</sup> διαιρε-  
D. eod. σιν τὸ ἐπίκοινον πρᾶγμα ἐκποιῶν, οὔτε αὐτὸς δύναται  
λοιπὸν κινῆσαι τὸν διαιρετικὸν λόγον, καὶ ὁ παρ' αὐ-  
τοῦ ἀγοράσσεις, ἐὰν ἐλθῃ κινῶν αὐτὸν, ἐκβάλλεται τῷ  
παραγουφῇ τοῦ παρόντος δόγματος.

L. 1. ιγ'. Δόγμα ἐστὶ τοῦ πρατίθων τελειον ἐν ταῖς τῶν  
C. II. 55. μετόνων ἀποκαταστάσεσιν αὐτοῦ κείμενον. ἐπειδὴ οὖν  
ταῦτά σοι προεθεωρήθησαν <sup>zz)</sup>, ἐλθαμεν πρὸς τὴν  
διάταξιν.

Ἡ περὶ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἀγωγὴ ἀντίδικον  
νῦμων οἶδε τὸν νεμόμενον. δθεν ἐὰν δὲ νεμόμενος τὸ  
μέλλον ἐκδικεῖσθαι παρ' ἔμοι πρᾶγμα, ἐπὶ τῷ ἐναλ-  
λάξαι τὴν τὸν δικαστηρίου τύχην ἐκποιήσῃ τὸ πρᾶγμα,  
ἢ εἰς ἀκέραιον ἀποκατάστασις ἡμῖν ἐπηγγελται. δθεν  
νοεῖς, ἐὰν τὸ πρᾶγμα διὰ τοῦτο πέρισσου δὲ νεμόμενος,  
ἴνα μὴ κινηθείη κατ' αὐτοῦ ἢ ἐπὶ τῷ πράγματι ἀγωγῆ,  
καὶ παρέδονε τῷ ἀγοραστῇ, δέδοται σοι κατὰ νόμου  
εὐχέρεια κατ' εκείνον κινεῖν, οὐ δὲ ἐπιλέξῃ.

<sup>x)</sup> Digesta: agnatus furiosi. Spectant ad legitimam furiosorum curam agnatis eorum delatam. Basilica simpliciter κονσάτωρ τοῦ μαινομένου. <sup>y)</sup> Cap. 12. habet Theod. <sup>z)</sup> Theod. ἐπικοίνων. <sup>zz)</sup> προεθεωρήθησαν reposui pro προεθεωρησαν, quod habet Fahr.

VI. Vel post annum non datur.

VII. Nam spectat quidem ad rei persecutionem,  
ex delicto autem competit.

VIII. Tenetur etiam, qui rem quidem exhibet, sed  
non cum pristina causa.

Edictum locum habet in futuris litibus, nec vero  
in his, quae iam contestatae sunt et ita alienatae.  
Alienat etiam, qui rem alienam vendit. Si quis au-  
tem heredem instituendo vel legando alienet, edicto  
locus non est. Nec si quis receperit, quod vendidit,  
aut redhibuerit, quod emit.

IX. Nisi data opera id egit.

X. Nec qui solvit, quod alteri promisit, quod  
alius petere vult.

Si tutor vel curator furiosi alienaverint, utilis  
actio competit.

XI. Nēque militi recte quis actiones donat litis  
transferendae causa: sed ipse experiatur et militi  
rem donet.

XII. Qui iudicii communi dividundi evitandi causa  
rem communem alienat, nec ipse postea divisoria  
actione uti potest: et qui ab eo emit, si experiri  
velit, huius edicti exceptione repellitur.

XIII. Edictum Praetoris integrum extat in titulo  
de maiorum restitutionibus. Quoniam igitur haec tibi  
antea exposita sunt, ad constitutionem accedamus.

In rem actio adversarium vestrum agnoscit eum,  
qui possidet. Itaque si possessor rem, quam eram  
vindicatur, mutandi iudicij causa alienaverit, in  
integrum restitutio nobis promissa est. Unde intel-  
ligis, quod si rem, ne secum in rem ageretur, qui  
possidebat, venumdedit et emtori tradidit, quem ele-  
geris, conveniendi tibi tributam esse facultatem.

# TΩΝ ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ

BIBLION ENAEKATON.

## BASILICORUM LIBER XI.

### TITLAOS A.

Περὶ πάκτων ἡτοι συμφώνων <sup>a)</sup>.

ἀ'. Οὐλπ. Σύμφωνόν εστι δύο ἢ <sup>b)</sup> πλεύρων εἰς ταῦτὸν ἀρεστὸν καὶ συναινέσις.

Τὸ δὲ τῆς συναινέσεως ὄνομα γενικόν εστι, φερόμενον πρὸς πᾶσαν συναινέσιν <sup>c)</sup> γενομένην ἐπὶ συστάσει ἐνοχῆς καὶ διαλέσει. ὡς ἐπίπαν δὲ ἡ συναινέσις εἰς ἴδιον ὄνομα μετέρχεται, ὡς εἰς ἀγορασίαν, μίσθωσιν, ἐνέχυρον, ἐπερώτησιν.

σύμφωνον <sup>d)</sup> Πολλῶν ἔξιος κατὰ τὸ παρὸν ἔδικτον ἐπιλεγοντος πρώτῳ, ἐπαύθυντα μάλιστα τὴν φύσιν δικαιῶν προσεσχήκως <sup>e)</sup> καὶ τὰ συμφόρου τὰ μεταξὺ τινῶν γεγενημένα φυλαττεῖν ἐπαγγειλαμένος. τί γὰρ οὐτοὶ δίκαιοι καὶ αὐτῇ πρέπον τῇ φύσει, ὡς τὸ φυλάττειν τὰ πάκτα, τὰ μεταξὺ δύο τινῶν γ καὶ πλειόνων οὐκ εἶναι ἀνάγκης τινός, ἀλλ᾽ εἴ τις τῶν πακτευόντων γεγονέται προαιρέσεις; τὸ δὲ πάκτον ἀπό τῆς συνθήκης ὄνομα μάζεται. ὅτεν καὶ Ῥωμαῖοι πάκτον τὴν εἰρήνην ἀποκαλοῦσι δύο τηρεῖν τοῖς πολέμοις γενομένην συνθήκην. ἥδη δὲ σοι καὶ αὐτοῦ παραθέσομαι τὸν πάκτον τοῦ ὄρον. πάκτον εὗτοί (ταῦτὸν δὲ εἴη καὶ περὶ συμφώνων εἰτεν) δύο τινῶν ἡ καὶ πλειόνων εἰς ταῦτα συνελθόντων σύνυσθισιν καὶ συναινέσις. καλῶς τὸ δύο τινῶν ἡ καὶ πλειόνων τις γαρ δύναται πακτεύειν πρὸς εαυτὸν μόνον;

εἰς ταῦτόν <sup>f)</sup> Τοῦ Ἀντ. Καλῶς τὸ εἰς ταῦτόν. εἰ γάρ ἔγω μὲν ὡς διαιτῶν δύοσι σοι, σὺ δὲ ὡς διφερεῖν δέξῃ, οὐδέποτε γεννιώτατα, ὡς βιβ. ιψ. πτ. α'. διγ. ιη'. καὶ βιβ. ις. πτ. α. διγ. ιη'. εἰς ταῦτα.

Καλῶς δέ καὶ εἰς τὸ αὐτόν <sup>g)</sup>. εἰν τὸ γάρ ἔγω μὲν ὡς διάστοιν δῶ, σὺ δὲ ὡς διφερεῖν δέξῃ, οὔτε δύοσιν συνιστατα, οὔτε διφερεῖσι, ὡς δὲ οὐλπιανὸς ἐν τῷ α'. τῷ δὲ γέρους βιβ. πτ. α'. διγ. ιη'. φρον. ἀλλ᾽ εἰπεὶ δικαιοτάτονος ἐμηροθήη, ἐτενθεν τὸν περὶ ταῦτης ἐπειτείνω σοι λόγον. πατιτεγον τι καὶ γενικὸν τῆς κορβεττούς εστι τὸ ὄνομα. Κορβεττούς εστὶ κρείων πάν, οπερὲ εἰν συντάσιν ἡ ἐπὶ λύσει γίνεται ἐνοχής, εἴς ἀρ γίνεται, ἡ λέγεται, ἡ γραφεται, ἡ γοέται, δηλουμενον. ὥσπερ γάρ convenire <sup>h)</sup> λέγονται οἱ ἐν διαφόρον τόπον εἰς ἔνα καὶ τὸν αὐτὸν συλλεγόμενοι τόπον, οὐτως convenire λέγονται καὶ οἱ ἐν διαφόρον κατισθεον τοῦ λογισμοῦ τέλος εἰς ταῦτα συνιόντες ημιν καὶ την αὐτήν κατατεχοντες γενομένην. ἐπονδὲ προτερον τὴν ἐπὶ λύσει ἐνοχής γενομένην κορβεττον. οἷον ἐποιήσασι ποιητικάτων, ἡ δέδοσασι σοι τὸ γραμματεῖον, ἡ καὶ εἰπον ἡ ἔγγαρα ἡ ἐδίλωσα, ὅτι παραχώσασι τὸ χρεός, ἐτενθεν ἔχεις ἐναγόμενος παραχωσφίρ. εἰπον καὶ τὸ ἐπὶ συστάσει.

a) Cod. Coisl. CLII. qui continet librum XI.—XIV. cum scholiis uberrimis, quae nunc primum typis excuduntur, partim antiquioribus, partim recentioribus alia manu supra et infra columnas et ad marginem scriptis, hic potissimum ad emendandam et supplendam Fabrotianam editionem adhibitus est. Scholia antiquiora in Cod. exhibita nullo signo distinxii: scholia recentiora hoc Cod. comprehensa signo stellulae notavi. Praeter scholia hoc Codice ms. comprehensa excudenda etiam curavi, scholia a Fabroto communicata eaque signo crucis <sup>i)</sup> notavi, ut discernerentur ab iis, quae in Cod. Coisl. exhibentur. b) η καὶ Cod. η Fabr. Syn. p. 138. η τριῶν εἰς ταῦτὸν ἡ πλεύρων συνέλενοις εἰς τὸ ἀρεστὸν καὶ συναινέσις. c) συναλεον deest in Syn. quae cap. 1. totum habet. d) Sic lego. Apographum fratris παρασχηκώς. e) Cod. Coisl. τὸ ταῦτόν. f) Cod. Coisl. converte.

### TITULUS I.

De pactis vel conventionibus.

I. Ulp. Paectum <sup>1)</sup> est duorum pluriumve in idem <sup>2)</sup> L. I. §. 2. placitum et consensus. D. II. 14.

Conventionis autem verbum generale est, pertinens ad omnem consensum, qui interponitur ad obligationem constituendam et ad transigendum. Sed plerumque conventione in speciale nomen transit, ut in emtionem, locationem, pignus, stipulationem.

1) pactum <sup>3)</sup> Multis laudibus, quod ad hoc edictum attinet, Praetor dignus est, qui hic potissimum ad id, quod natura aequum est, animum advertit et pacta inter quosdam inita se servaturum promisit. Quid enim ita aequum et naturae consentaneum est, quam pacta servare, quae inter duos quosdam vel etiam plures non ex necessitate quadam, sed ex voluntate paciscentium inita sunt? Pactum autem a pactione nominatur: unde etiam Romani pactum appellant pacem propter pactionem in bellis initam. Iam vero et ipsius pacti definitionem tibi apponam. Pactum est (idem autem et de conventionibus dicendum erit) duorum quorundam vel etiam plurium, qui in idem convenerunt, convention et consensus. Recte duorum quorundam vel etiam plurium: quis enim secum ipso solo pacisci potest?

2) in idem <sup>4)</sup> Innominati. Recte dixit in idem. Nam si ego quidem tanquam mutuum tibi dederim, tu vero tanquam donationem acceperis, neutrum consistit, ut lib. 12. tit. 1. dig. 18. et lib. 17. tit. 1. dig. 6. reperitur.

Recte autem etiam in idem. Nam si ego quidem tanquam mutuum dederim, tu vero tanquam donationem acceperis, neque mutuum, neque donatio consistit, ut Ulpianus lib. 1. de rebus tit. 1. dig. 18. ait. Sed quia conventionis mentionem feci, hinc verba de ea tibi faciam. Latius et generale conventionis verbum est. Conventione proprio omne est, quicquid ad constituendam aut dissolvendam obligationem manifestatur per ea, quae vel fiunt, vel dieuntur, vel scribuntur, vel intelliguntur. Sicut enim convenire dicuntur, qui ex diversis locis in unum eundemque locum congregantur, sic etiam convenire dicuntur, qui ex diversis animi motibus in eundem finem coeunt vel in unam eandemque sententiam decurrent. Prius autem dixi de conventione ad dissolvendam obligationem facta: ut puta acceptum tibi tuli, aut chirographum tibi dedi, aut etiam dixi vel scripsi

έδάνεισά σοι· συνέστη διὰ τοῦ γενομένου ἡτοι τῆς ἀπαριθμήσεως ἡ φέρεται· συνέστη ἀγωγὴ· εἶπον καὶ τὸ νοεῖται· οὐν ἐών μισθώσιοι σοι τὸν ἔμορφόν σου, καὶ μηδὲ ἀλαζόνη, μηδὲ ἐργάζῃ, σιωπήσως ἐπὶ τῷ μισθῷ ὑπόκειται μοι τὸ ὑβρίσται καὶ τὸ ἄντιτα, ὡς ἔστι μὲν καὶ ἀλαζόθει μαθεῖν· φησὶ δὲ αὐτὸς καὶ ὁ Παῦλος ἐν τῷ δ. διγ. τοῦ παρ. τιτ. Ιωθὲ δέ, ὅτι καὶ τὸ δούναι γραμματεῖον σιωπήσει ἐστι συναίνεσι, ὡς τὸ ἔξης διγ. δηλότος κονθεντίον σὺν εστιν, ὡς εἰσηγητας, πάν, στροφὴν επὶ συντάσσει· η λύνεται ἐνοχής, ἐξ ὧν πράττεται, η λέγεται, η γράφεται, η νοεῖται, δηλούμενον εἶναι συναίλιγμα. μηδεμίαν ἔρχοντα κονθεντίονος Κηρουνουσαν<sup>ε</sup>, τουτέστιν, ητις οὐκ ἔχει τὴν τῶν συναλλαξιῶν συναίνεσιν. οὔτε γάρ την φέρεται τὸν συναίνεσιν, οὔτε τὴν ἀγωγὴν τὴν ἐγγένειαν; δούσις, δῶσις, φηματων συναίστησιν ἐνοχής, καὶ μανόμενος, δῶσις; δῶσις, φέρεται, τὴν ἀγωγὴν οὐ συντάσσειν. ἐών γάρ την συναίνεσιν ἀγωγὴν, μηδὲν ἔτερον ἡ κονθεντίονα τυγχάνουσαν· ἐδὲ καὶ τὴν λέγεται, ὡς μὴ καὶ ἀκριβεῖαν κατὰ τὸν μηδὲν εἰληφότος ἀλλὰ κονθεντευομένην, τοῦτο βουλούμενή τῆς διατάξεως, τῶν δὲ κονθεντίονων αἱ πλεῖστος εἰς μισταπτούσαν ὄνομα συναλλάγματος· οὐν συνηγένειαν ἐπὶ ἀγωγασίᾳ καὶ πρώτει καὶ ὕδισθη τὸ τίμημα· μετεπεσεγενεται τὸ κονθεντίον εἰς ιωλῶν ὄνομα συναλλάγματος, τουτέστιν, εἰς τὴν ἐξ ἔμπτο καὶ τὴν ἐξ βένδοτο ἀγωγὴν. συγγένειαν ἐπὶ μισθῶσι καὶ συνέργεσιν ὁ μισθός. συνέστη μισθωσις καὶ ἔμπιθωσις, καὶ μετέπεισεν ἐντεῦθεν ἡ κονθεντίον εἰς ἰδικὸν ὄνομα συναλλάγματος, τὴν μισθῶσιν λέγον καὶ ἐκμίσθωσιν. βλέπε, πῶς εἴπον, τῶν κονθεντίονων αἱ πλεῖστες, οὐκ εἶπον, αἱ κονθεντίονες πάσαι. ἡ γάρ φέρει οὐτὸς φαντας, οὐκ εἰς ἰδικὸν ὄνομα μετατίτεισι συναλλάγματος, ἀλλὰ καὶ τῷ γενικῷ προσαγγείενται ὄνδρατι. μένει γάρ οὐδὲν ἦτον κονθεντίον ὄνομα μαζομένην. τοιγάρούν καὶ προανορέτις βέροις προέρχεται τῆς κονθεντίονος, ἰδικὸν ἐπὶ τῶν εἰσημένων μη δυνηθεῖσης εἴσειν ὄνομα συναλλάγματος ἡτοι ἀγωγῆς, ὡς πρόκατα ὁ λόγος διδύξει σε.

L. 2. β'. Συμφωνεῖ τις καὶ παρὼν καὶ ἀπάν, καὶ<sup>h</sup> δι<sup>i</sup>  
D. II. 14. ἐπιστολῆς, καὶ δὲ ἀγγέλου, καὶ σιωπῆρᾶς· ὡς δταν ἀναδῶ τῷ χρεώστῃ μον τὸ γραμματεῖον· ἔχει γάρ ἐπὶ τῷ χρέει συμφώνον<sup>j</sup> παραγγαρήν.

καὶ ἀπόν] Ἡ κονθεντίον οὐ πάντος τῶν δύο μερῶν σωματικὴν ἀπατεῖ παρουσιαν· ἔνθ<sup>k</sup> οὖτε δέ καὶ διὰ τῆς τῶν ἀπόντων ..<sup>l</sup> οννίσταται συναίνεσσει. ἡ γάρ κονθεντίον οὐ μονον προσγενεται τὸν κονθεντίονα τὸν συναλλάγματος, τουτέστι, πόσις παρόντα παρὸν παρόντος, ἀλλὰ καὶ δὲ ἐπιστολῆς καὶ δὲ ἀγγέλου δύναται καὶ μεταξὺ ἀπότων συγνότασθαι. καὶ δύναται μέν εστι, καὶ τοὺς ἀπόντας συνιστάντες τε καὶ λένεν ἐνοχήν, δὲ ἐπιστολῆς τυγχὸν η δὲ ἀγγέλου. δύνατὸν<sup>l</sup> δέ καὶ σιωπῆρᾶς γίνεσθαι κονθεντίονα. καὶ διὰ τοῦτο ἔστι τὸ ἐμῷ δεβήσαι παρασχώ τὸ γραμματεῖον αὐτοῦ, δοκῶ σιωπῆρᾶς πακτεύειν πρὸς αὐτὸν καὶ λέγειν, οὐκ ἀπατῶ σε τὸ χρέος· καὶ μετὰ ταῦτα καὶ τοῦτα κατὰ αὐτοῦ, κέχρηται πάσιν παραγγαρῆ· ἔτερον εστιν, εἰ μὴ τὸ γραμματεῖον, ἀλλὰ τὸ ἐνεργούν τῷ ἡμετέῳ παρέσοντος δεβήσαι. ἔνθα μὲν γὰρ δέδωκα τὸ γραμματεῖον, δοκῶ κατὰ πρόληψιν ἀποτάξισθαι τῇ ἐνοχῇ, καὶ εἰκότως μινον ἐκβάλλομαι πάσιν παραγγαρῆ· ἔνθα δὲ παρέσοντος τὸ ἐνεργούν τῷ ἡμετέῳ δεβήσαι, τούγαντον κατὰ πρόληψιν οὐ δοκῶ τῇ τούτῳ χρεούν ἀποτάξισθαι ἀγωγῆ, ἀλλὰ μονον τῷ δικαιῷ τῶν ἐνεργῶν, καὶ οὐκ ἐκβάλλομαι παραγγαρῆ περὶ τούτῳ χρεούς μηδὲν, εἰ μὴ καὶ τοῦτο συνέδοξεν ἰδικῶς. σημείωσαι οὐν διαφροσύνην τοῦ τὸ γραμματεῖον καὶ τοῦ τὸ ἐνεργούν παρερχόμενος τῷ οἰκείῳ δεβήσαι σα... μειούμενος ἐν τε τοῖς εἰσημένοις καὶ τοῖς ἐπομένοις διγ. η. τὰ πάκτα τὰ σιωπῆρα.

τὸ γραμματεῖον] <sup>l</sup> Αναδοὺς τὸ γραμματεῖον δοκῶ κατὰ πρόληψιν συγχωρεῖν τὸ χρέος. ἔνθα δὲ παρέχω τὸ ἐνεργούν, οὐ δοκῶ ἀποτάξισθαι τὸ χρέος, ἀλλὰ μονον τὸ ἐνεργούν, εἰ μὴ τὸ ἐνεργούν δειχθῇ. ἐών γάρ τῷ ἐμῷ χρεούτης μηδέν τὸ γραμματεῖον αὐτοῦ, δοκῶ σιωπῆρᾶς ἐπαγγέλλεσθαι, οὐτε οὐκ ἀπατεῖ τὸ χρέος. [Sch. a. I. 751.]

g) Sic Cod. Coisl. Cum nesciamus, unde pendeat ille accusativus μηδεμίαν π. τ. λ. fortasse supplendum δῆλον vel εἶπον vel simile quid. h) καὶ Cod. Coisl. et Syn. p. 138. Deest apud Fabr. i) ουμφώνον deest in Syo. I. I. k) Quid desit in Cod. Coisl. quaeri potest, quum sensus sit aptus. Haud scio an supplendum sit αὐτῆς, referendum ad κονθεντίον. l) Cod. Coisl. δύναται. Sed praetuli δύνατον propter sequentem accusativum cum infinitivo.

vel declaravi, me tibi debitum remittere. Exinde habes, si conveniaris, exceptionem. Dixi et de constituenda obligatione. Mutuam tibi dedi pecuniam: facto sive numeratione vel re constituta est actio vel obligatio. Stipulatus sum: constituit actio. Dixi et, quae intelliguntur: ut puta si domum meam tibi locaverim, licet neque dictum quid sit, neque scriptum, mercedis causa inventa et illata tacite mihi obligata sunt, ut et aliunde disci potest: idem autem et Paulus dicit dig. 4. hui. tit. Scias autem, etiam cautionis redditionem tacitum esse consensum, ut sequens dig. ostendit. Conventio igitur est, ut dictum est, quicquid ad constituendam aut dissolvendam obligationem fit, et per ea, quae vel aguntur, vel dicuntur, vel scribuntur, vel intelliguntur, contractum esse ostenditur. Nullam obligationem, quae sine conventione sit, id est, quae non habeat contrahentium consensum. Neque enim rerum obligationem sola numeratio, neque obligationem in verbis: Dabis: Dabo: verborum obligatio gignit. Etsi furiosus dixerit: Dabis? Dabo: obligationem non contrahit. Mitto enim obligationem ex consensu, quae nihil aliud, quam conventio est: mitto et obligationem ex literis, ut pote non revera serper cum eo, qui nihil accepit, contractam, quum hoc velit constitutio. Conventionum autem pleraque in speciale nomen contractus transeunt: utputa consensimus in emtionem et venditionem et pretium definitum est: transit conventio in speciale nomen contractus, id est, in actionem ex emto et ex vendito. Consensimus in locationem et de mercede convenimus. Constitut locatio et conductio, et inde conventio in speciale nomen contractus transit, in locationem, inquam, et conductio. Vide, quomodo dixerim: conventionum pleraque: non dixi, conventiones omnes. Convention enim, feci ut facias, in speciale nomen contractus non transit, sed nomine generali appellatur: nihilosecius enim manet ei conventionis nomen: quapropter etiam praescriptis verbis actio gignitur ex ea conventione, quae dictis casibus speciale nomen contractus sive actionis adipisci non potuit, ut oratio te gratis docebit.

II. Paciscitur quis et praesens, et absens<sup>1</sup>), et per epistolam, et per nuntium, et tacite: veluti si debitori meo reddiderim cautionem<sup>2</sup>): habet enim debiti causa pacti exceptionem.

I) et absens] Convention non omnino corporalem utriusque partis praesentiam requirit. Interdum etiam absentiam ... consensu consistit. Conventio enim non solum re, id est, a praesente cum praesente, sed etiam per epistolam et per nuntium et inter absentes iniri potest. Et fieri quidem potest, ut absentes quoque obligationem et constituant et solvant, per epistolam forte vel per nuntium. Etiam tacite fieri potest conventio: ideoque si debitori meo cautionem eius dederim, tacite cum eo pacisci et dicere videor: non peto a te debitum: et si posthaec adversus eum egerim, pacti exceptione uititur. Aliud est, si non cautionem, sed pignus nostro debitori reddiderim. Ubi enim cautionem reddidi, ex praesumptione obligationem remittere videor, et agens merito pacti exceptione submoveor. Ubi autem pignus nostro debitori reddidi, e contrario non videor ex prae- sumptione de debito actionem remittere, sed solum ius pignorum, et de debito agens exceptione non repellor, nisi et hoc specialiter placuerit. Nota igitur differentiam eius, qui cautionem, eiusque, qui pignus debitori suo reddit<sup>.....</sup> in iis, quae dicta sunt, et quae sequuntur, dig. 20. pacta tacita.

2) cautionem] Reddita cautione videor ex prae- sumptione debitum remittere. Si vero pignus reddo, non videor renuntiare debito, sed pignori soli: nisi contrarium probetur. Nam si debitori meo cautionem eius reddiderim, videor tacite promittere, me debitum non petere.

*γ'. Μοδε.<sup>m)</sup> Ἡ δὲ τοῦ ἐνεχύρου ἀνάδοσις οὐκ εἰς-  
ἀγει τοῦ χρέους συγχώρησιν, εἰ μὴ τοῦτο ἰδικῶς συνέ-  
δοσεν.*

*ἐνεχύρου ἀνάδοσις]* † *Εἰ δὲ τὸ ἐνεχύρον ἀναδῶ τῷ  
χρεωτῷ μου, οὐδὲ δοκῶ ἀποτίεσθαι τῇ περὶ τοῦ χρέους ἑν-  
αγωγῇ, ἀλλὰ καλῶς ἀπατῶ, εἰ μὴ τὸ ἔνατίον ἐκεῖνος ὁ χρεώ-  
τος ἀποδεῖξει, ὅτι ὡς ἀποτίεσμενος τῷ χρέει τὸ ἐνεχύρον  
ἀποδέομαι.* [Sch. b. I. 751.]

*χρέους συγχώρησιν]* † *Τουτόσι τινα πιστηρῶς, ὥσπερ  
καὶ τὸ γραμματεῖον· ἡ γῆ τοῦ ἐνεχύρου ἀνάδοσις τῆς αὐτοῦ  
μόνον ἐνοχῆς, καὶ οὐκὲ τοῦ χρέους ὄριση. φησὶ γὰρ ὁ κανὼν,  
ὅ πολὺμα ὄντας τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ ἐνοχῆς ἀποκλεῖ τὸν λαμ-  
βάνοντα.* [Sch. c. I. 751.]

*δ'. Πανλ.<sup>n)</sup> Ἐπὶ τῶν πολιτικῶν οἰκήσεων σιωπη-  
ρῶν ὑπόκειται τῇ μισθωτῇ τὰ εἰςαχθέντα καὶ εἰςκο-  
μισθέντα, καὶ ἀλλοιος ἢ ὁ μισθωσάμενος, διτεν καὶ  
ἀλλοιος συμφωνεῖ, καὶ ἡ τῆς προικὸς ἐπερωτήσις σιω-  
πηρὸν αἴρεσιν ἔχει τοῦ μὴ ἀπαιτηθῆναι πρὸ τῶν γάμων.  
εἰ δὲ καὶ ἐπερωτήσας χωρὶς αἰρέσεως συμφωνήσω, μὴ  
ἀπαιτῆσαι τὸ κεφάλαιον, ἐφ' ὅσον οἱ τόκοι διδονται,  
τὸ σύμφωνον ἐνοῦται τῇ ἐπερωτήσει.*

*πολιτικῶν οἰκήσεων]* *Ἐπειδὴ καὶ σιωπηρῶς οἱ κον-  
βεντίονες συνίσταται, παθάν φθάσαντες εἴπομεν, εἰκότως ἐν  
ταῖς τῶν οἶκων ἀρέσκει μισθώσει, ὑποκεῖθαι σιωπηρῶς ἐπὶ  
τῷ μισθῷ τὰ ἴδιατα καὶ τὰ ἕντα τοῦ μισθωσάμενον τὸν οἶκον,  
καὶ εἰ μηδὲ τοιούτον οὐρεφανήθη, σημειώσαι δέ, οὐτὶ καὶ τὸ  
μη τροπίτευθεν ἐταταθέν πλήγοντος ἐκάλεσεν· δῆλον δέ, οὐτὶ κατα-  
χηστοποῖς, οὐτὶ τούτων καὶ ἡ κονβεντίων συνίσταται καὶ σιω-  
πηρῶς καὶ οὐ παντας δέπται δημηταν, εἰκότως πακτεύειν δύνα-  
ται καὶ ὁ ἀλλοιος. εἰ γὰρ καὶ μὴ δύναται λαλεῖν καὶ λέγειν,  
οὐτὶ παραχρησῶν τὸν χρέος, ὅμως δύναται ἀναδῶνται τὸ γραμ-  
ματεῖον τῷ οἰκείῳ δεβίτων. τὰ δὲ περὶ τούτου πλατεύεον εἰ  
θέλεις εἰδέναι, μέμνησο τὸν εἰσηγμένων ἐν τῷ π. τιτ. τῆς γ'.  
τῶν ὑποτικούτων. δέδειται μὲν οὖν διὰ τῶν εἰσηγμένων, ὡς  
καὶ σιωπηρῶς συνίσταται ἡ κονβεντίων· μαρτυρεῖ δὲ πρὸς τοὺς  
εἰσηγμένους καὶ τὸ μέλλον λέγεσθαι θέμα. εἰσὶ γὰρ τις προδικοί<sup>o)</sup>  
πρὸ τῶν γάμων ἐπερωτηθῆναι, δοκεῖ σιωπηρῶς συμφωνεῖν, δο-  
θῆται αὐτῷ τὴν προτίκην, εἰσὶ προβάσιοι οἱ γάμοι. καὶ εἰ μὲν  
μητρὸς προβάσιον τῶν γάμων, ἐστὶ δὲ ἐπιζημόνων, κυήση,  
μάλιστε πέτι, τουτόσιν, ἐβάλλεται παραγγελφῆ. εἰ δὲ μήτε προ-  
βάσιον τῶν γάμων μήτε ἐπιζημόνων εἴθη κατέν, μάλιστε κατεῖ,  
τουτόσιν, οὐτὲ κοινά παραγγελφῆς αὐτήν ἐκβαλλούσθων.  
ἐνθε-  
σται γὰρ κατό τοῦ ἄρρονος, τῆς σιωπηρῆς συναντήσεως ἀνθε-  
ρούσῃς· τούτο δὲ αὐτό, τουτόσιν, τὸ καὶ σιωπηρῶν αἴρεσον  
ἔσθιτε προσκεδιάται ταῖς γνωμέναις ἐπερωτήσεις, καὶ αὐτῷ  
αἴρεσκει τῷ Ιουλιανῷ καὶ τῷ πάκτον γάρ τυρος ἐμοτήσεις  
εἰπεν, οὐτὶ κοινά παραγγελφῆς αὐτήν ἐκβαλλούσθων<sup>o)</sup> πο-  
σότηται, παραγγέλμα δὲ τουτόσιν, ομα τῇ ἐπερωτήσει συμφω-  
νήσῃ, μὴ ἀπαιτησαι τὸ χρέος, ἐφ' ὅσον οἱ τόκοι καταβάλλον-  
ται, καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, εἰ συγχρονον τῇ ἐπερωτήσει ποιήσει  
πάκτον, οὐ δύναται κανεῖν τὴν αὐτὴν ἐπερωτήσεως ἀγωγήν, τῶν  
τόκων αἱμεπτος αὐτῷ καταβάλλομενος, ὥσπερ ἂν εἴς αὔρχεται μη-  
πονήσεις, ἀλλ' ὑπ<sup>p)</sup> αὐρέσειν ἐπηρώτησε τῷ, εἴναι μη καταβάλ-  
θῶν αἱμεπτος οἱ τόκοι. οὕτω δέ, ὡς εἴποι, θεμάτισσον ἐν  
αὐγῇ τοῦ συναλλαγμάτος τὸ πάκτον γενόμενον, ἵνα καὶ δοξῇ  
ὑπὸ αἱμεπτος. συγχροτεῖ τὸ ἐνόπιον δὲ ἐξεταζόμενην οὗτε συντρω-  
σθαι τῇ ἐπερωτήσει δοκονομαν<sup>q)</sup> οὐσιογενεῖς τῇ ξ. διγ. τοῦ  
παρόντος τῷ. ἔνθος ἴνβεται καὶ ἀπλάτα σιωπηρῶς ὑποενται,  
καὶ ἀλλοιος καλῶς πακτεύει. εἰ δὲ καὶ προϊδεῖ ἐπερωτηθῆ, οὐ  
καλῶς πρὸ τῶν γάμων ἀπαιτεῖται, ὡςανεὶ τοῦτο ἐξερωτηθῇ.  
εἰ δὲ μὴ γένηται οἱ γάμοι, ματρὶ ἀπατεῖται. εἰ δὲ καὶ δακεί-  
σας ἔγκειται τῇ ἐπερωτήσει .....* r).

*ὑπόκειται τῷ μισθωτῷ]* *Τοῦ Ἀγον. Οὐδὲ τοῖς στεργομένοις, ἀλλὰ καὶ ἐφ' οἷς τὸν οἶκον κατέν κούλπαν  
ἔβλαψε, περὶ ὧν ὑπόκειται καὶ τῇ λοκάτῃ, ὡς βιβ. η. τιτ. β'.  
διγ. β.*

*εἰςαχθέντα]* *Τοῦ Ἐναντιοφ. Τὸ δὲ ἐναντίον ἐπὶ τῶν  
ἀγρῶν, ὡς βιβ. η. τιτ. β'. διγ. δ. ἥποι βιβ. κε. τιτ. γ'. ὥσπερ*

*m)* Sic Cod. Coisl. Deest apud Fabr. Syn. p. 140. hoc cap. 3. habet. Legitur quoque in Syn. p. 74. *n)* Sic Cod. Coisl. Deest apud Fabr. *o)* Cod. Coisl. χ...στον. i. e. χρωστόν. *p)* Sic Cod. Coisl. Lege νφ'. *q)* Sic Cod. Coisl. Haec autem nullum praebent sensum et emendatione egent. Mihi excidisse quaedam videntur; quae tamen desint, definire non audeo, nec aptum sensum elicere possum. *r)* Lacuna est in Cod. Coisl.

*III. Modest. Redditio autem pignoris<sup>1)</sup> non in-  
ducit debiti remissionem<sup>2)</sup>, nisi hoc specialiter pla-  
cerit.* L. 3. D. II. 14.

*1) redditio pignoris]* *Si vero pignus debitori  
meo reddidero, non videor actioni de debito renun-  
tiare, sed recte peto, nisi debitor contrarium probaverit,  
me tanquam renuntiantem debito pignus reddidisse.*

*2) debiti remissionem]* *Hoc est tacite, sicut  
et cautio: nam redditio pignoris obligatione eius tan-  
tum, non etiam debiti, liberat. Ait enim regula: Qui  
rem redditit, obligatione de re contracta recipientem  
liberat.*

*IV. Paul. In urbanis habitationibus<sup>1)</sup> tacite lo-  
catori obligata sunt<sup>2)</sup> inventa<sup>3)</sup> et illata, licet con-  
ductor mutus sit<sup>4)</sup>. Unde et mutus paciscitur<sup>5)</sup>.  
Stipulatio quoque dotis<sup>6)</sup> tacitam conditionem habet,  
ne ante nuptias petatur. Sed et si sine conditione<sup>7)</sup>  
stipulatus paciscar, ne, quamdiu usurae solvantur,  
sortem petam, pactio<sup>8)</sup> inest stipulationi<sup>9)</sup>.* L. 4. D. eod.

*1) urbanis habitationibus]* *Quum tacite quo-  
que conventiones contrahantur, secundum ea, quae antea  
diximus, merito in domum locationibus placet, tacite  
propter mercedem inventa et illata eius, qui domum con-  
duxit, esse obligata, etsi nihil huiusmodi convenerit.  
Nota autem, etiam id, quod traditum non est, hoc loco  
pignus vocari: manifestum autem est, id abusive factum.  
Quum igitur conventio etiam tacite contrahatur nec  
omnino verbis indigeat, merito etiam mutus pacisci  
potest. Etsi enim loqui non possit, neque dicere: pignus  
tibi remitto: tamen cautionem debitori suo reddere pot-  
est. Si plura hac de re scire velis, memor sis eorum,  
quae tit. 23. Institutionum lib. 3. dicta sunt. Per ea,  
quae dicta sunt, probatum igitur est, etiam tacite con-  
trahi conventionem: testatur autem hoc praeter ea, quae  
dicta sunt, etiam sequens thema. Si quis enim dotem  
ante nuptias promiserit, tacite pacisci videtur, dotem  
praestari, si nuptiae processerint. Et si quidem nuptiis  
nondum securis, sed speratis, egerit, male petit, id est,  
exceptione submoventur. Si vero nuptiis neque securis,  
neque instantibus egerit, frustra agit, id est, neque opus  
est exceptione eum submovente: ipso iure enim ex-  
tincta est, tacito consensu non valente. Hoc idem, id  
est, tacitam quoque conditionem interdum inesse stipu-  
lationibus factis, etiam ipsis Iuliano placet. Ex facto  
enim consultus dixit, etiamsi pure quis certam auri  
quantitatem stipulatus sit, statim autem, id est, una  
cum stipulatione pactum sit, ne debitum, quamdiu usu-  
rae solverentur, peteret, et, ut breviter dicam, si eodem  
tempore cum stipulatione pactum fecerit, usuris sine  
dilatatione ei solutis, ex stipulatu agere non potest, per-  
inde ac si ab initio non pure, sed sub ea conditione  
stipulatus fuerit, si usurae sine mora solutae non fue-  
rint. Ita autem, ut dixi, singe pactum initio contractus  
factum, ut sub conditione contractum esse videatur.  
ut dig. 60. huius tituli reperties. Ubi inventa et illata  
tacite obligantur, mutus quoque recte paciscitur. Sed  
etsi dos promissa fuerit, ante nuptias non recte petitur,  
quasi hoc expressum fuerit. Si vero nuptiae non se-  
quantur, frustra petitur. Sed et si pecuniam crediderit,  
stipulationi inest . . . . .*

*2) locatori obligata sunt]* *Innom. Non solum  
eorum nomine, de quibus convenit, sed etiam damni  
nomine, quo culpa conductor domum afficit, quorum  
nomine etiam locati tenetur, ut lib. 20. tit. 2. dig. 2.*

*3) inventa]* *Enantioph. Aliud obtinet in agris, ut  
lib. 8. tit. 2. dig. 4. seu lib. 25. tit. 3. quod intelligen-*

δει νοειν, οτε ἀγροσύντος τοῦ δεσπότου τὰ πρόγματα εἰσηρέ-  
χθη ὥν μὴ εὐρεῖται ἐναντιούμενα τῇ εἰς διατ. τοῦ ξε. τιτ. τοῦ  
δ. βιβ. τοῦ κωδ.

\* "Ισθι δέ, οτι ὁ Φιλόξενος παρέθετο ἐν τῇ νεαρῷ ἔξιῆρησι  
ἔχοντας οὐτος· οτι ἡβάκτα ἐστὶ τὰ βασιτζόντα, οἷον βιβλία  
καὶ τὰ ὄμοια, ὥλιτα δὲ τὰ ἔμψυχα, οἷον ἵπποι καὶ τὰ  
ἄλλα . . .

† "Ο Φιλόξενος παρέθετο ἐν ταῖς νεαραῖς ἔξιῆρησι Θεοφί-  
λον λέγονταν· ἡβάκτα μὲν ἐστὶ τὰ βασιτζόντα, οἷον ἔσθια,  
χρυσός, ἄργυρος, βιβλία καὶ εἴ τι τοιούτον· ὥλιτα τὰ ἔμ-  
ψυχα, οἷον βοῦς, ἵππος, οἰκέτης καὶ τὰ τουάντα. [Sch. d. I. 751.]

\* καὶ ἄλια λος ἡ], Τοῦ Ἀγρον. Ἀνέγνωθι τὸ μή. διγ. τοῦ  
ζ. τιτ. τοῦ μδ. βιβ. μβ. περὶ κοιφῶν μισθωσαμένον.

\* ἄλια λος συμφωνεῖ], Τοῦ Ἀγρον. Καὶ μή, ὡς φησι βιβ.  
μα. τιτ. α. κεφ. α. ἐπερώτησις οὐ συνισταται, εἰ μὴ ἐκατέσου  
λαϊντος ὅθεν οὔτε καφός, οὔτε ἄλιαλος, οὔτε λέγοντας), οὔτε  
ἀπώλ. δύναται ἐπερώτησιν. πλὴν οὐν ἐπὶ τῆς περὶ προικούς ἐπε-  
ρώτησις φησιν ὃ νομοθέτης καὶ τὸν ἄλιαλον ονυματεύειν. καὶ  
λέγει μὲν, οτι η τῆς προικούς ἐπερώτησις ἄλλη τις ἐστὶν παρὰ  
τὴν καθολικὴν ἐπερώτησιν, καὶ δύλιενδος καὶ περικύνα συνι-  
σταθμοῖς καὶ ἀπὸ συναντέσεως μονῆς, καὶ ψηλῆς ἐπερώτησις;  
καὶ μεταξὺ ἀπόντων· ἐπεὶ καὶ ἄλιαλος, καὶ ἐστίσηται φωνῆς,  
ἄλλοιν διαθέσεως εὐηγέρει καὶ λογισμοῦ. δύναται δὲ καὶ διά-  
γραμμάτων καὶ δια νεύματος συντίθεσθαι δονται προσίκαια.

\* "Ἐγ τῇ ἐπερώτησι τῶν ὁμιάτων δέομεθα· ὅθεν οὐ δύνα-  
ται ὁ ἄλιαλος ἐπερώτηται η ἐπερώτησθαι, ἀντιν. μόνης τῆς περὶ<sup>1</sup>  
προικὸς ἐξ οπικούλατον· ἐπὶ γάρ ταντὸς δύναται καὶ ὁ ἄλι-  
αλος διὰ συναντέσεως συμφωνεῖν ὑποδεξαμένης ὑπερέσον ἀπὸ<sup>2</sup>  
διατάξεως τὰ τῶν διπλεύσων ἀγωγῶν προγόνωμα.

† Εἰ διὰ νεύματος τὸ γνώμανον οἶδεν. [Sch. e. I. 751.]

\* προικὸς ἐπερώτησις] \* "Οταν ἐπερώταται τις προικα  
ὑπέρ τυνος δίδονται, εἰ καὶ ποιῶσας ἐπερώταται, οὐ δύναται  
πρὸ τῶν γαμων ἀπαιτεωθαι, ἐπειδὴ σωπτῆς αὐτῷ τῷ ὄνο-  
ματι τῆς προικούς συμφωνεῖνδια δοκεῖ· τὸ μή ἀπαιτηθῆναι πρὸ<sup>3</sup>  
τῶν γαμων τὴν προικα, ἐπεὶ δὲ τελεῖν ὁ γέμος ἀπαγορευθῆ<sup>4</sup>  
ἴσποιούται οὐτῷ τῷ δικαιού, η ἐνοχῇ διαλένεται. [Sch. f. ibid.]

\* καὶ ἀιδέσεως] \* "Οὕτω θεμάτισσον τὸ σύμφωνον  
τούτῳ, ὡς Ιουλιανός· ὅμολογεῖς δίδονται μοι τόσους τίκους;  
οὓς εἰ παρέχεις μοι, ὅμολογω μη ἀπαιτήσαι σε τὸ κεφάλαιον.

\* "Ἐνθα δάνειον προβῆται καὶ ἐπερώτηθῆται τόκος, δύο σύμ-  
φωνα λέγομεν γενέθαι, καὶ τὸ μὲν ητοι τὸ δάνειον σύμφωνον  
φυσικὸν ἐστι· πάσι γάρ διαβὼν γνωστὸς εἰδένεται δούειν. ὁ  
δὲ τόκος, εἰ μὴ ἐπερώτησις προβῆται, οὐ δίδοται· καὶ λέγεται τὸ  
περὶ τοκου σύμφωνον ἀπὸ ἐπερώτησεως. ἐάν οὖν ἐρωτήσῃς  
τόκον λαμβάνειν καὶ συμφωνῆται, μη ἀπαιτεῖν τὸ κεφάλαιον,  
εἰσ οὐ τὸ τόκος δίδοται, οὐν οὐγασταί ἀπαιτεῖν τὸ κεφάλαιον  
ἐρνοῦται γάρ τὸ φυσικὸν σύμφωνον τῇ ἐπερώτησει καὶ ἐστὶν  
ἰσχυρόν, μη ἐών ἀπαιτηθῆναι τὸ κεφάλαιον, τῶν τόκων κατα-  
βαλλομένων. [Sch. g. I. 751.]

\* τὸ σύμφωνον], \* "Εἰ δὲ καὶ δανείσας σοι νομίματα  
ἐπερώτησω σε την τούτων ἀνάδοντας καὶ διέρεσαις, ὥστε κατα-  
φυσιν τὸ δάνειον δίδυναθαι με ἀπαιτησαι ταῦτα, ὅτε βούλο-  
μαι, συμφωνήσω δίδυναθαι μη ἀπαιτεῖν τὸ κεφάλαιον, ἐφ' οὐν οἱ  
τόκοι δίδονται, τὸ σύμφωνον ἐνόταν τῇ ἐπερώτησει καὶ μετα-  
μείβει τὴν φύσιν αὐτῆς, ἐξ κοντινέστη ητοι οὐγκόνον οὐν, ἐπ'  
ἀφελεῖται τὸν φέον ητοι τοῦ ἐναγομένου.

\* "Η σύμφωνοις τοῦ μὴ ἀπαιτησαι τὸ χρέος, ἐξ ἀρχῆς  
δοκεῖ γενέσθαι καὶ ἐργωται, ἐφ' οὖν οἱ τόκοι καταβαλλονται.

\* "Καὶ ἐπεὶ ἡρωμένον ἐστὸν τὸ τοιοῦτον σύμφωνον τῷ στρί-  
πτῳ συναλλάγεται, ἔχω καὶ ἀγογῆν εἰς τὸ ἔμμεναι τὸν ἐπερώ-  
τησαται τῷ σύμφωνῷ· ἔχω καὶ παραγραφὴν<sup>5</sup>).

\* τῇ ἐπερώτησει] \* "Γρηγορίου<sup>6</sup>). Πῶς τίκτει παρα-  
γραφὴν<sup>7</sup>), ἐάν ἔλθῃ ὁ δάνειος κανῶν; λαβὼν τὰ νομίματα  
λέγει ὁ γεωστῆς· ἀλλ' εἰ μὴ συνεργάνησε, μεχρις οὐ οἱ τόκοι  
καταβαλλονται, μη ἀπαιτησαι με. πῶς δὲ τὸ σύμφωνον ἐνοῖται  
τῇ ἐπερώτησει; η προβᾶσις ἐπερώτησις ἀνεν αἰρεσεως η<sup>8</sup> καθό-  
δε γάγοε τὸ σύμφωνον, οὐτι τοκων καταβαλλομένων οὐν ἀπαι-  
τηθῆσται τὸ χρέος. φαίνεται σωτηρίων αἴρεσες ἐγκείσθαι τῷ  
σύμφωνῳ, καὶ ἐνοῖται ἐν τούτων τῇ εξ ὄρθου ἐπερώτησει, καὶ  
γίνεται ὑπὸ αἴρεσιν η προβᾶσις ἐπερώτησις.

s) Cod. Coisl. ἱμφ.... i. e. ἱμφατ. t) Cod. Coisl. περιγραφήν. Leg. παραγραφήν. u) Cod. Coisl. Γρηγορίου. v) leg.  
παραγραφήν. Cod. Coisl. περιγραφήν.

dum est, quum ignorantie domino res inventae fuerint,  
ne adversari videantur constitutioni 5. tit. 65. lib. 4.  
Codicis.

Scito autem, Philoxenum in Novella huiusmodi in-  
terpretationem apposuisse: Invecta sunt, quae vehuntur,  
ut libri et quae similia sunt, illata autem animata, veluti  
equus et cetera . . . .

Philoxenus in Novellis interpretationem Theophili  
hanc apposuit: Invecta quidem sunt, quae vehuntur,  
veluti vestis, aurum, argentum, libri et si quid eius-  
modi est: illata autem animata, veluti bos, equus, man-  
cipium et alia eiusmodi.

4) licet mutus sit] Innom. Lege dig. 48. tit. 7.  
lib. 44. sive lib. 42. de surdo conductore.

5) mutus paciscitur] Innom. Atqui stipulatio,  
ut ait lib. 41. tit. 1. cap. 1. non consistit, nisi uterque  
loquatur. Ideo neque surdus, neque mutus, neque in-  
fans, neque absens stipulari possunt. Verumtamen in  
dotis stipulatione Iureconsultus ait, mutum quoque pa-  
cisci. Et dicit, dotis stipulationem diversam esse a  
communi stipulatione, et bilateralem et ita comparatam,  
ut et solo consensu, et nuda pollicitatione, et inter ab-  
sentis consistat: quum et mutus, licet voce privatus sit,  
tamen dispositionis et considerationis compos est. Pot-  
est autem et scriptura et nutu convenire, ut dotem det.

In stipulatione verbis nobis opus est: unde mutus  
neque stipulari neque promittere potest, excepta actione  
ex stipulatio de dote: in hac enim et mutus consensu  
pacisci potest, quum haec actio serius ex constitutione  
actionum bilateralium privilegia acceperit.

Si per nutum id, quod factum est, cognovit.

6) Stipulatio dotis] Si quis dotem pro aliquo  
dare promittit, etsi pure promittit, ante nuptias peti-  
non potest, quia tacite ipso dotis nomine convenire vi-  
detur, ne ante nuptias dos petatur. Si vero nuptiis  
renuntiatum sit, ipso iure obligatio solvitur.

7) sine conditione] Pactum hoc sic initum finge,  
ut Julianus: promittis mihi tantas usuras praestare<sup>9</sup>  
quas si mihi praestiteris, promitto tibi, me sortem non  
petitum.

Cum creditum praecessit et usurae in stipulationem  
deductae sunt, duo pacta inita esse dicimus: et alterum  
quidem sive mutuum, pactum naturale est: omnis enim,  
qui accepit, naturaliter reddere tenetur. Usura autem,  
nisi stipulatio praecesserit, non praestatur: et pactum  
de usuris dicitur a stipulatione. Si igitur usuras sti-  
pulatus et pactus sis, ne sortem peteres, quamdui usurae  
solverentur, sortem petere non potes: inest enim  
pactum naturale stipulationi et valet, nec patitur, ut  
sors petatur, quamdui usurae solveruntur.

8) pactio] Sed et si mutuam tibi dederim pecu-  
niā et pure stipulatus sim, eam reddi, ita ut secundum  
mutui naturam petere eam possim, quando velim,  
